



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima separata intelligat substantias separatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD NOVVM dicendum, quod ratio illa omnino inefficax est propter duo. Primo quidem, quia in intelligibilia non sunt propter intellectus intelligētes ipsa; sed magis intelligibilia sunt fines, & perfectiones intellectuum. unde non sequitur, quod si esset aliqua substantia intelligibilis non intellecta ab aliquo alio intellectu, quod propter hoc esset frustra. Nam frustra dicitur de eo quod est ad finem, ad quem non pertingit. Secundo, quia si substantia separata non intelligatur ab intellectu nostro secundum, quod est corpori unitus, intelliguntur tamen à substantiis separatis.

AD X. Dicendum, quod species quarum est visus receptivus, possunt esse similitudines quocumque corporum, siue corruptibilem, siue incorruptibilem: sed species aphantasmatis abstracta, quarum est receptivus intellectus possibilis, non sunt similitudines substantiarum separatarum, & ideo non est simile.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum anima separata possit intelligere substantias separatas.

DECIMO SEPTIMO queritur, Vtrum anima separata intelligat substantias separatas, & vtrum non perfectioris enim substantia est perfectior operatio: sed anima unita corpori est perfectior, quam separata, ut videtur, quia qualibet pars perfectior est unita toti quam separata. Si igitur anima unita corpori non potest intelligere substantias separatas, videtur, quod nec a corpore separata.

¶ 1. Præterea. Anima nostra aut potest cognoscere substantias separatas per naturam, aut per gratiam tantum: si per naturam, cum naturale sit animæ, quod corpori unitur, non impediretur per unionem ad corpus quin substantias separatas cognosceret: si autem per gratiam, cum non omnes animæ separata habeant gratiam, sequitur quod ad minus non omnes animæ separata cognoscant substantias separatas.

¶ 2. Præterea. Anima unita est corpori, ut perficiatur in eo scientiis & virtutibus, maxima autem perfectio animæ consistit in cognitione substantiarum separatarum. Si igitur ex hoc solo, quod separatur cognosceret substantias separatas, frustra anima corpori unitur.

¶ 3. Præterea. Si anima separata cognoscit substantiam separata, oportet, quod cognoscat eam, vel per essentiam eius, vel per speciem ipsius: sed non per essentiam substantiæ separata, quia essentia substantiæ separata non est vnum cum anima separata. Similiter nec per speciem eius, quia a substantiis separatis cum sint simplices, non potest fieri abstractio speciei. ergo anima separata nullo modo cognoscit substantias separatas.

¶ 4. Præterea. Si anima separata cognoscit substantiam separata, aut cognoscit eam sensu, aut intellectu. Manifestum est autem quod non cognoscit eam sensu, quia substantia separata non sunt sensibiles. Similiter etiam nec per intellectum, quia intellectus non est singularium, substantiæ autem separatae sunt quedam substantiæ singulares. ergo anima separata nullo modo cognoscit substantiam separata.

¶ 5. Præterea. Intellectus possibilis animæ nostræ plus distat ab angelo, quam imaginatio nostra ab intellectu possibili, quia imaginatio, & intellectus possibilis radicantur in eadem substantia animæ;

sed imaginatio nullo modo potest intelligere intellectum possibilem. ergo intellectus possibilis noster nullo modo potest apprehendere substantiam separata.

¶ 7. Præterea. Sicut se habet voluntas ad bonum, ita intellectus ad verum: sed voluntas quarundam animarum separatarum, scilicet damnatarum non potest ordinari ad bonum. ergo & intellectus earum nullo modo potest ordinari ad verum, quod potissime intellectus consequitur in cognitione substantiæ separata. ergo non omnis anima separata potest cognoscere substantiam separata.

¶ 8. Præterea. Felicitas vltima secundum philosophos ponitur in intelligendo substantias separatas, ut dictum est. Si autem animæ damnatarum intelligunt substantias separatas quas non possunt hic intelligere, videtur quod damnati sunt propinquiores felicitati quam nos, quod est inconueniens.

¶ 9. Præterea. Vna intelligentia intelligit aliam per modum suæ substantiæ, ut dicitur in lib. de causis: sed anima separata non potest cognoscere suam substantiam, ut videtur, quia intellectus possibilis non cognoscit seipsum, nisi per speciem aphantasmatis abstractam, vel acceptam, ut dicitur in 3. de anima ergo anima separata non potest cognoscere separatas substantias.

¶ 10. Præterea. Duplex est modus cognoscendi, vnus modus secundum quem a posterioribus devenimus in priora, & sic quæ sunt magis nota simpliciter cognoscuntur a nobis per ea, quæ sunt minus nota simpliciter. Alio modo a prioribus in posteriora devenimus, & sic quæ sunt magis nota simpliciter prius cognoscuntur a nobis. In animabus autem separatis non potest esse primus modus cognoscendi. Ille enim modus competit nobis secundum, quod cognitionem a sensu accipimus. ergo anima separata intelligit modo secundo, scilicet deveniendo a prioribus in posteriora, & sic quæ sunt magis nota simpliciter sunt per prius ei nota: sed maxime notum est essentia diuina. Si igitur anima separata naturaliter cognoscit substantias separatas, videtur quod ex solis naturalibus potest videre essentiam diuinam, quæ est vita æterna, & hoc est contra Apostolum, qui dicit Roman 6. Gratia Dei vita æterna.

¶ 11. Præterea. Inferior substantia separata intelligit aliam, secundum quod impressio superioris est in inferiori: sed impressio substantiæ separatae est in anima separata multum deficienter a substantia separata. ergo non potest eam intelligere.

SED CONTRA, Simile simili cognoscitur: sed anima separata est substantia separata. ergo potest intelligere substantias separatas.

RESPON. Dicendum, quod secundum ea, quæ fides tenet, conuenienter videtur dicendum, quod animæ separatae cognoscant substantias separatas. Substantiæ enim separatae dicuntur angeli, & demones, in quorum societatem deputantur anime hominum separate bonorum, vel malorum: non videtur autem probabile, quod anime damnatarum demones ignorent, quorum societati deputantur, & qui animabus terribiles esse dicuntur, multo autem minus probabile videtur, quod anime bonorum ignorent angelos, quorum societate latentur. hoc autem, quod anime separate substantias separatas ubicumque cognoscant rationabiliter accidit. Manifestum est enim, quod anima humana corpori unita aspectum habet ex unione corporis ad inferiora directum, unde non perfici-

In præc. ar.

In propo. 8. to. 1. inter opera Ari.

Philo. lib. 3. de sia ex com. 18. & 39. tomo 2.

perficitur, nisi per ea, quæ ab inferioribus accipit, scilicet per species a phantasmatibus abstractas, unde neque in cognitionem sui ipsius, neque in cognitionem aliorum potest devenire, nisi in quædam ex prædictis speciebus manuducitur, ut supra dictum est: sed quando iam anima erit a corpore separata, aspectus eius non ordinabitur ad aliqua inferiora, ut ab eis accipiat: sed erit absolutus potens a superioribus phantasmatum, quæ tunc omnino non erunt, & per huiusmodi influentiã reducetur in actum, & sic seipsam cognoscat directe suam essentiam intuendo, & non a posteriori, sicut nunc accidit. Sua autem essentia pertinet ad genus substantiarum separatarum intellectualium & eundem modum subsistendi habet: licet sit infima in hoc genere, omnes enim sunt formæ subsistentes. Sicut igitur una aliquarum aliarum substantiarum separatarum cognoscit aliam, intuendo substantiam suam, in quantum in ea est aliqua similitudo alterius substantiæ cognoscendæ per hoc, quod recipit influentiã ab ipsa, vel ab aliqua aliori substantia, quæ est communis causa virtutis: ita etiam anima separata intuendo directe essentiam suam cognoscat substantias separatas, secundum influentiã receptam ab eis, vel a superiori causa, scilicet Deo, non tamen ita perfecte cognoscat substantias separatas naturali cognitione, sicut ipsæ cognoscunt se inaicem, eo quod anima est infima inter eas, & infimo modo recipit intelligibilis luminis emanationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod anima unita corpori est quondammodo perfectior quàm separata, scilicet quantum ad naturam speciei: sed quantum ad actum intelligibilem habet aliquam perfectiorem a corpore separata, quam habere non potest dum est corpori unita. Nec hoc est inconueniens, quia operatio intellectualis competit animæ, secundum quod superegreditur corporis proportionem: intellectus enim non est actus alienius organi corporalis.

AD SECUNDM dicendum, quod loquimur de cognitione animæ separatæ, quæ sibi per naturam competit. Nam loquendo de cognitione, quæ sibi dabitur per gratiam, acquiritur angelis in cognoscendo, hæc autem cognitio, ut cognoscat prædicto modo substantias separatas, est sibi naturalis, non simpliciter, sed in quantum est separata, unde in quantum est unita, non competit sibi.

AD TERTIVM dicendum, quod vltima perfectio cognitionis naturalis animæ humanæ, hæc est, ut intelligat substantias separatas: sed perfectius ad hanc cognitionem habendam peruenire potest per hoc, quod in corpore est, quia ad hoc disponitur per studium, & maxime per meritum. unde non frustra corpori unitur.

AD QVARTVM dicendum, quod anima separata non cognoscit substantiam separatam per essentiam eius: sed ipsius speciem, & similitudinem. Sciendum tamen est, quod non semper species per quam aliquid cognoscitur est abstracta a re, quæ per ipsam cognoscitur: sed tunc solum quando cognoscens accipit speciem a re, & tunc hæc species accepta est simplicior & immaterialior in cognoscete, quàm in re quæ cognoscitur. Si autem fuerit e contrariò scilicet, quod res cognita immaterialior sit & simplicior, quàm cognoscens, tunc species rei cognitæ in cognoscete non dicitur abstracta: sed impressa & influxa & sic est in proposito.

AD QVINTVM dicendum, quod impossibile est repugnare cognitioni intellectus nostri in tantum individuum per hanc materiam. Intellectus nostri oportet esse à materia separatum. Si vero fuerint aliqua singularia in quibus speciei non individuetur per materiam, quodque eorum sit quædam natura speciei materialiter subsistens, vnumquodque eorum intelligibile erit: & huiusmodi singularia substantiæ separata.

AD SEXTVM dicendum, quod imaginatio intellectus possibilis humanus magis conuenit subiecto, quàm intellectus possibilis humanus intellectus angelicus, qui tamen plus conuenit speciei & ratione, cum vtrumque eorum potest ad esse intelligibile. Actio enim conuenit materiam secundum naturam suam speciei in parte subiecti. unde quantum ad conuenientiam in actione magis attendenda est conuenientia formarum eiusdem speciei in actibus substantijs, quàm formarum differentiarum eodem subiecto.

AD SEPTIMVM dicendum, quod deus deordinati ab ultimo fine, unde voluntatem non est in bonum secundum hanc creaturam: sed in aliquid bonum, quædam res, ut dicit Dionysius 4. cap. de diuinitatibus & optimum concupiscunt, ut in eis bonum. & ideo voluntas eorum potest de & nihil prohibet, quin animæ deus multa vera intelligant: sed non in verum, scilicet Deum, cuius voluntas beati.

AD OCTAVVM dicendum, quod anima hominis non consistit in cognitione creaturæ: sed solum in cognitione dei. sicut Augustinus in lib. confessionum. Beatus nouit etiam si illa nesciat, scilicet creaturam, autem si illa sciat, te autem ignores, quæ & illa nouit, non propter illa beatæ creature solum beatus. licet ergo damnati deus quæ nos nescimus: sunt tamen ad ueritatem remotiores quàm nos, qui ad eam potest uenire, illi autem non possunt.

AD NONVM dicendum, quod anima alio modo cognoscat seipsam cum materia: & alio modo nunc ut dictum est.

AD DECIMVM dicendum, quod anima licet competat ille modus cognitionis, quæ sunt notiora simpliciter magis conuenit non tamen sequitur, quod vel anima, vel quæcumque alia substantia separata per sua naturalia, & per suam essentiam potest ueri Deum. Sicut enim substantiæ separatiæ modi esse habent, quàm substantiæ materiales: ita Deus alterius modi esse habet quàm substantiæ separata. In rebus enim materialibus tria est considerare, quorum nullum est individuum, naturam speciei, & esse. Nos mus dicere, quod hic homo sit: ita anima quia humanitas consistit tantum in principijs: sed hic homo supra principia separata principia indiuiduantia, sicut quædam materia recipitur & indiuiduantur. etiam, nec humanitas est ipsum esse hominis substantiæ autem separatis, quia immaterialis substantiæ autem recipit in aliqua materia: ita te: sed est ipsa natura per se subsistens, autem

Et eis aliud habens quidditatem, & aliud quidditas ipsa. Sed tamen aliud est in eis esse, & aliud quidditas. Deus autem est ipsum suum esse subsistens: unde sicut cognoscendo quidditates materiales non possumus cognoscere substantias separatas, ita nec substantia separata per cognitionem suam substantia possunt cognoscere diuinam essentiam.

Ad xi dicendum, quod per hoc quod impressio nes substantiarum separatarum in anima separata deficienter recipiuntur, non sequitur quod nullo modo eas cognoscere possint, sed quod imperfecte eas cognoscant.

ARTICVLVS XVIII.

Utrum anima separata cognoscat omnia naturalia.

Decimo octauo quaeritur, Utrum anima separata cognoscat omnia naturalia. Et videtur quod non, quia sicut dicit Aug. demones multa cognoscunt per experientiam longi temporis, quam quidem non habet anima, mox cum fuerit separata. Cum igitur demon sit perspicacior intellectus quam anima, quia data naturalia in eis manent clara & lucida, ut Dion. dicit. 4. c. de diu. nom. videtur ergo quod anima separata non cognoscat omnia naturalia.

¶ 2 Præ. Anima cum sunt vnita corporibus, non cognoscunt omnia naturalia. Si igitur separata a corporibus omnia naturalia cognoscunt, videtur quod post separationem, habent duplicem scientiam, vnam acquisitam hic, & aliam ibi, quod videtur impossibile, quia duae formae eiusdem speciei non sunt in eodem subiecto.

¶ 3 Præ. Nulla virtus finita potest super infinita. Sed virtus anime separata est finita, quia, & essentia eius finita est, ergo non potest super infinita. Sed naturalia intellecta sunt infinita, nam species numerorum & figurarum & proportionum infinita sunt. ergo anima separata non cognoscat omnia naturalia.

¶ 4 Præ. Omnis cognitio est per assimilationem cognoscentis & cogniti. Sed impossibile videtur esse, quod anima separata cum sit immaterialis assimiletur naturalibus, cum sint materialia. ergo impossibile videtur quod anima separata naturalia cognoscat.

¶ 5 Præ. Intellectus possibilis se habet in ordine intelligibilium, sicut materia prima in ordine sensibilium. Sed materia prima secundum unum ordinem non est receptiua nisi vnus formae. ergo cum intellectus possibilis separatus non habeat nisi unum ordinem, cum non trahatur ad diuersa per sensus, vsque non possit recipere nisi vnam formam intelligibilem. Et ita non potest cognoscere omnia naturalia, sed vnum tantum.

¶ 6 Præ. Ea quae sunt diuersarum specierum, non possunt esse vni & eidem similia secundum speciem: cognitio autem fit per assimilationem speciei. ergo vna anima separata non potest cognoscere omnia naturalia, cum sint speciei diuersa.

¶ 7 Præ. Si anima separata cognoscut omnia naturalia, oportet quod habeat in se formas quae sunt similitudines rerum naturalium. Aut igitur quantum ad genera & species tantum, & sic non cognoscut in diuisa, & per consequens nec omnia naturalia, quia indiuidua maxime videntur esse in natura, vel etiam quantum ad indiuidua, & sic cum indiuidua sint infinita, sequitur quod in anima separata sint similitudines infinitae, quod videtur impossibile. Non igitur anima separata cognoscut omnia naturalia.

Sed dicebatur, quod in anima separata sunt tantum

A similitudines generum & specierum, sed applicatio eas ad singularia potest singularia cognoscere.

¶ 8 Sed contra. Intellectus vniuersalem cognitionem quam habet poenese te, non potest applicare nisi ad particularia quae iam nouit. Si enim scio quod omnis mula est sterilis, non possum applicare nisi ad hanc mulam quam cognosco. Cognito enim particularis praecedat naturalem applicationem vniuersalis ad particulare, non enim applicatio huiusmodi potest esse causa cognitionis particularium, & sic particularia anime separatae remanebunt ignota.

¶ 9 Præ. Vbiq; est cognitio, ibi est aliquis ordo cognoscens ad cognitum. Sed anime damnatorum non habent aliquem ordinem. Dicitur. n. Iob. 10. quod ibi. Cin inferno. Nullus ordo &c. ergo ad minus anime damnatorum non cognoscerent naturalia.

¶ 10 Præ. Aug. dicit in lib. de cura p mortuis agenda, quod anima mortuorum ea quae hic sunt omnino scire non possunt: naturalia autem sunt quae hic sunt. ergo anima mortuorum non habet cognitionem naturalium.

¶ 11 Præ. Omne quod est in potentia reducitur in actum per id, quod est in actu. Manifestum est autem, quod anima humana quoadiu est corpori vnita, est in potentia respectu vel omnium vel plurimorum quae naturaliter sciri possunt, non. n. oia scit actu. ergo si post separationem non scit omnia naturalia, oportet quod per aliquid reducatur in actum: hoc autem non vult esse nisi intellectus agens quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de anima.

C Sed per intellectum agentem non potest reduci in actum omnium intelligibilium, quae non intellexit: comparat. n. Phylo. in 3. de anima, intellectum agentem lumini, phantasmata vero coloribus, lumina autem non sufficit ad faciendum visum in actu omnium visibilium, nisi & colores adsint. ergo nec intellectus agens poterit facere intellectum possibilem actu respectu omnium intelligibilium, cum phantasmata ad esse non possint anime separatae, cum non sint in organis corporeis. Sed dicebatur, quod non reducitur in actum omnium naturaliter scibilium per intellectum agentem, sed per aliquam superiorem substantiam.

D ¶ 12 Sed contra. Quandoque aliquid reducitur in actum per agens extraneum quod non est sui generis, talis reductio non est naturalis. Sicut si aliquod sanabile sanetur per artem vel per virtutem diuinam, erit sanatio artificialis & miraculosa, non autem naturalis, nisi quando sanatio fit per principium intrinsecum proprium autem agens & connaturale respectu intellectus possibilis humani, est intellectus agens. Si igitur intellectus possibilis reducatur in actum per aliquid superius agens, & non per intellectum agentem, non erit cognitio naturalis de qua nunc loquimur. Et sic non aderit omnibus animabus separatis, cum in solis naturalibus omnes anime separatae conueniant.

¶ 13 Præ. Si anima separata reducatur in actum omnium naturaliter intelligibilium, aut hoc erit a Deo, aut ab angelo. Non autem ab angelo ut videtur, quia angelus non est causa naturae ipsius anime, unde nec naturalis anime cognitio vult esse per actionem angeli. Si militer est inconueniens vsque anime damnatorum a Deo recipiant tantam perfectionem post mortem ut cognoscat omnia naturalia, nullo igitur modo vsque, quod anime separatae omnia naturalia cognoscat.

¶ 14 Præ. Vltima perfectio vniuscuiusque existentis in potentia est, ut reducatur in actum quantum ad omnia secundum quod est in potentia. Sed intellectus possibilis humanus non est in potentia naturali nisi omnium intelligibilium naturalium, quae naturali cognitione.

Quaest. dif. S. Tho. GG gnitio.

Cap. 11. 15. & 16. 10. 4.

C6. 18. 10. 2.

Com. 18. & 19. 10. 2.